

1

2

29

30

31

32

33

9366.

DISSE^TAT^O IVRIDICA
DE
**PERICVLOSO AGGRESSV RITE
PROBATO MODERAMINIS
INCVLPATAE TVTELAE
EXCEPTIONEM HAVD
PROBANTE**

Q V A M
ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE

IACOBO FRIDERICO KEESIO
IVRIS VTRIVSQVE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE, CVRIA^E IN
PROVINCIA SVPREMAE LIPSIENSIS NEC NON IUDICII
PROVINCIALIS LVSATIAE INFERIORIS
ASSESSORE,

DIE XXVIII. IANVARII A. O. R. C^{IO} CCLXXIX.

H. C.
IN A CROATERIO I. CTORVM

T V E B I T V R
CAROLVS HENRICVS AVGVSTVS BERNHARD.
L I P S I E N S I S.

LIPSIAE.

F O R M I S H O L L I E.

DISSERTATIO IURIDICA
LITERIS AGGRESSA RITE
PROBATO MODERAMINIS
INCIPITATE TUTELAE
EXCEPTIONEM HABEND
PROBANTE.

COLLEGIUM ORBIS AC TERRARUM
ILLUSTRISSIMO DOCTORI CAPITANI
PROVINCIAE SALTATIVAE ET CESSARIAE MAGNIONI LAVACI
PROVINCIARUM LAVACI INTERIORIS
AUGUSTIUS
DIE XXII MARCHI A.D. MDCCCLXXIX
INTRODUCTORIUM
CVRULAS HENRICAS AGASTAS DERNARDI
MICHAELEM
TIBSIVE
DOMINA NOVIT

V I R O
EXCELLENTISSIMO ATQUE AMPLISSIMO
CHRISTOPHILO BENEDICTO
FVNCCIO,

PHYSICÆ PROFESSORI PVBLICO ORDINARIO,
SOCIETATIS OECONOMICAЕ LIPSIENSIS
SODALI,

PVBLICVM HOC PIETATIS MONIMENTVM
SACRVM ESSE CVPIT

CAROLVS HENRICVS AVGVSTVS
BERNHARD.

Quod plurimos facere video, iis, quos magni faciunt ac diuino quasi cultu prosequuntur, piam gratamque mentem multis verborum lenociniis atque crepundiis testari, eo me iam officio, candidiori licet animo, defungi posse summopere laetor. Offerant alii iis, quos in patro-

norum retulerunt numerum, longam laudum elo-
giorumque seriem, fatigent vanis ac, quod sae-
pius intelliges, inanibus verbis Maecenatum au-
res; appresentur proprii emolumenti spe inuitati
quaevis fausta ac bona fautoribus; ego quidem
anxiā istorum operam, ne dicam venalem, ma-
gis consuetudine ac lucri cupidine, quam sincera
et ingenua mente tantum non semper nisi assere-
rem. Attamen, ne generaliori censura sanctissi-
mum patronos pietate colendi officium, ob abu-
tentium temeritatem me criminari quis obiciat,
immo et mihi nihil esse antiquius declarē, pa-
tiaris, quæso, **VIR EXCELLENTISSIME**,
ut insignia beneficia, quæ tam larga manu me in
ludo litterario, cui tanta cum laude tantoque fru-
ctu præfuisti, instituendo, docendo iisque scien-
tiis

tiis imbuendo, quarum ope puerilis aetas ad soli-
diores doctrinas traducitur, in me collata voluisti,
non dicam commemorem, quantum enim tempo-
ris sufficeret! verum publice agnoscam eorumque
nomine gratias TIBI persoluam amplissimas. Si-
cuti ceterum laudum TVARVM praeconia a me
non expectabis, cuius non est merita TVA no-
tissima extollere, sed tacite mirari atque pro virili
imitari, ita, quod aptius videtur, primum hoc
specimen Academicum, quod editurus sum, qua
decet pietate, TIBI offero utque placida fronte
accipias ac me, TVI studiosissimum, numquam
non patrocinio TVO digneris, enixe rogo; sic me
votorum compotem esse factum laetus profitebor
occasionemque praetermittam nullam, qua ostendere
TIBI possum, quantopere fauorem hunc

pro-

promereri studeam, quantaque cum contentione
prae ceteris TE colam atque venerer

- eorum in de rebus apud teatrum invenimus
superficie modicu[m] et certe intercellulis

**NOMINIS TVI
EXCELLENTISSIMI,**

et h[ab]eas in te non ultra illud sepe non

in fortis pectus amissu[m] et cunctis eruditu[m]

et in malis, tamquam contra homines, tamquam

Lipstac die XXIV. Ianuaril

anno CC LXXIX.

Carolus Henricus Augustus Bernhardus

elector Brandenburgensis et Palatinus

et dux Saxe-Weimar et dux Saxe-Altenburg

et dux Saxe-Meiningen et dux Saxe-Coburg

et Gotha et dux Saxe-Eisenach et dux Saxe-Lauenburg

et dux Saxe-Merseburg et dux Saxe-Anhalt

et eius obseruansissimus

**CAROLVS HENRICVS AVGVSTVS
BERNHARD.**



§. I.

NON OMNE HOMICIDIVM EST DELICTVM.

Saepius miratus sum morem, quem Iurisconsultorum multi in principiis iuris criminalis et audientibus vi-va voce tradendis et scribendis seruarunt, quemque tantum non omnes errorene dicam an negligentia niti confitentur. Proponunt nimirum inter delicta seu facta libere suscepta, quibus lex humana poenalis violatur, eiusmodi facta, quae nec libere suscipiuntur nec legem humana eamque poenalem violent. Sic, si clementa iuris criminalis euoluerint, homicidium reperies distinctum in necessarium voluntarium et casuale, cum ad voluntarium modo notio quadrat delicti. Vedit hoc inter alios, quem praceptor habuisse suauis est recordatio, Ill. Meisterus¹⁾ atque homicidia casualia et necessaria non esse crimina recte monet. Docetur itaque vna cum criminibus doctrina de moderamine inculpatae tutelae, homicidii necessarii, seu, quod moraliter non committi nequit, species; licet propter defectum libertatis moralis tantum absit, vt sit delictum, quin quemlibet potius summa

**

sui

sui ipsius conseruationis lex ad eodem vtendum constringat obli-
getque. Praeter homicidium enim, quod ex nocendi propo-
sito sive directo sive obliquo vel ex omissa debita diligentia per-
petratur, cuiusque adeo ratio in voluntatis libertate vel intel-
lectu homicidae sita est, puniendum est nullum nec criminis
nomine insigniendum. Quod vti in caede casu mere fortuito
facta, quaeque nullius, vel attentissimi, prouidentia auerruncari
potuit, luce meridiana clarius est, ita, si officium fortius eo, quo
a laedendo altero vel auferendo alterius iure quaefito abstinere
iubemur, exigit, vt hominem vita priuemus, sana ratio ipsa
priori officio in hac collisione defungi, posterius per illud su-
blatum, cum vtrique satisfieri non possit, negligere iubet.

³ In Princip. Iuris Crimin. §. 72.

§. II. MODERAMINIS INCVLPATÆ TUTELAE IVSTITIA.

Tutela inculpata seu ea, qua nos a periculo absque culpa
nostra imminenter liberamus, numquam poenae subiacere potest,
modo, qui ea vititur, ex improviso et iniuste ab altero sit aggres-
sus, damnunque grauissimum immineat ipsi leuiori modo co-
que honesto quam per aggressoris caudem haud evitandum.
Libere quippe is tantum agit, qui ex pluribus, quae distincte
cognoscit et aequre facere potest, eligit id, quod praestare exi-
stimat, is autem, qui vitam quaeque ei paria sunt aduersus
ablaturum vel huius cum internectione defendit, hoc solam,
non contrarium, moraliter facere potest, hinc contrarie electione
ipsi admota non libere agit, nec delictum committit, immo
occidendo alterum, modo alias effugere nequit, suum implet
officium.

§. III.

§. III.
REQVISITA ET FINES.

Haec, uti principiis naturalibus superstructa sunt, nec
ceu evidentissima egent probatione vteriori; ita leges ciuiles
circa eadem nihil mutarunt, potius omnia confirmarunt accu-
ratiusque desinuerunt. Ad defensionem necessariam, seu
actum illum, qui solus periculum repellere potest quique pro-
inde omitti nequit, tria requirunt leges, simul obseruanda:¹⁾
primum, vt quis absque iure ac ita aggrediatur ab altero, vt
praevideat ac praecauere impetum non possit, grauissimum
porro damnum idque praesens metuendum sit, haud alia leui-
ori honestaque ratione denique evitandum, quam ipsa aduersa-
ri occidente. Haec si concurrent demum adest, quam Carolus
V. Imper. vocat: eine rechte Nothwehr²⁾ item: eine gänzlich
entschuldigte Nothwehr.³⁾ Ille itaque, qui officio vel lege iu-
bente permittenteue aggreditur alterum, non potest sub huius
tutelae pallio occidi,⁴⁾ nec hac exceptione recte vtetur is, qui
occisum, licet auctorem rixae,⁵⁾ non vero pugnae, primus
aggressus est. Aggressus ille debet porro esse periculosus, seu
eiusmodi damnum vitae, sanitati, honori bonisque⁶⁾ aggressi,
corumque, quos ipsi sanguis vel affinitas iunxit, metuatur, quod statim
erit inflictum, quodque vix reparari potest. Ad bona quod
attinet, moderamine hoc, me quidem iudice, tunc recte vtitur
defensor, vbi qui bona eruptum venit, in iudicium adduci
nequit,⁷⁾ quorsum exempli loco praedonem furemque referrem
nocturnum. Periculum denique nullo alio honestoque modo,
quam inferentis morte repellere datum sit. Concursum harum
circumstantiarum excusat homicidii postulatum eumque a pena
immunem praefstat, ita tamen, vt exceptionis loco illum oppo-
nat probetque,⁸⁾ partim, quia dolus in delinquenti omni seu in
eo, qui factum suscipit contra leges, praesumitur, hinc se dolo-

¶

caruisse a peccante docendum est, partim, quoniam ea, quae circumstant ac excusationis argumenta complectuntur, in factis consistunt nunquam non probandis.

1) Ill. Kochius in Institution. Iur. Criminal. §. 447.

2) C. C. C. Art. 140.

3) C. C. C. Art. 141.

4) C. C. C. Art. 142.

5) Credit quidem Boehmerus ad Carpzov. Praet. rer. criminal. ad Quaest. 20. Obs. 3, nonnumquam vel solum rixae auctorem impune occidi, eius tamen rationibus minime moueor.

6) C. C. C. 140. et 150. ubi, quod de bonis tertii tuendis fancitur, omnino ad bona propria applicari potest.

7) Henne Diff. de facult. sibi ipse ius dicendi sine iudice. Erford. 1753, Io. Aug. Hellfeldi Diff. de violenta rerum nostrarum defensione §. 5. in Opus, Ienae, Lips. et Francofurt. 1775. 4. iunctim editis, No. 21.

8) Beyeri Delin, iur. criminal, ad Art. 143.

§. IV.

QVI PERICVLOSVM AGGRESSVM PROBAVIT, EX PARTE SESE PVRGAVIT.

Quae ad fundandam moderaminis inculpatae tutelae exceptionem necessaria requisita quomodo sint excutienda et probanda prolixius ac habita, vti solet, accusatorii processus ratione exponit Carolus V. Imper. Art. Nemes. 141. 142. 143 et 144. Non vnum vero alterius eorum, quae iustum reddunt inculpatae tutelae moderamen, adfuisse vel probasse sufficere ex ipsa eius indole et quia non signillatim sed coniunctim requiruntur appareat. Reclite hinc concludere mihi videor: Quodvis horum requisitorum, quod adfuisse affirmatur et in facto consistit, esse probandum, nullum, quod non sufficienter docuit homicida, praesumti. Omnis potius praesumptio iuris cum sit

CON-

~~~~~

contra homicidam directa, eaque, seu specialis, officiat illi bonitatis praesumtioni generali, omneque ideo homicidium ad probationem usque contrarii dolo malo commissum censeatur, hanc contrarrii probationem homicidii postulatus, modo statim e lite ac inquisitione dimitti cupiat, idoneis mediis atque ita expedire debet, ut plane iudicii constet, quod vere in statum defensionis necessariae aggressor reum coniecerit, hic autem nullum in defendendo commiserit excessum omnique ex parte verum inculpatae tutelae moderamen adhibuerit. Vbi enim aliquis ab occidente periculum repellente commissus excessus,<sup>1)</sup> siue contra iustum vel prouocatum alterius impetum se se defenderit, siue aggressus ipse haud fuerit satis periculosus, aliaue ratione quam irruentis internecione repelliri potuerit, poenam homicidii vel dolosi vel culposi minime effugiet, licet inficias non eam, unum ex dictis momentis, si doceri possit, quodam modo excusare homicidiam poenamque ordinariam mitigare posse.

<sup>1)</sup> Aug. a Leyser Diff. de tutela culpabili, Viteberg. 1748. Inter Suppl. Meditat. Eiusd. ad Pandect. Tom. II, p. 168 seqq.

### §. V.

#### QVAE RESTANT DOLI SVSPICIONES IVRE- IVRANDO PVRGATORIO AVERTENDAE.

Ipsi iam, quod libello hoc tractandum sumsimus, argumen-  
to nosmet accingimus, periculorum nempe aggressum mode-  
raminis inculpatae tutelae exceptionem, nisi cetera ad defensio-  
nem coactam necessaria concurrisse monstretur, minime plene  
probare.<sup>1)</sup> Quod cum litis contestationi affirmativa ac exce-  
ptioni peremptoriae pluribus factis nitenti manifesto conueniat,

nec vnum requisitum inculpatae tutelae alterum ex re ipsa involuat, pluribus sententiae nostrae veritatem deducere vix opus videri posset, nisi essent, qui contrarium tuerentur. Ex eo, quod quis occisoris periculum vitae intulit, licet absque iure, nullo modo sequitur: hunc neutquam potuisse euitare damnum imminens, nullum fugae fuisse locum aliue leniori defensioni. Ut taceam, non omnem pericolosum aggressum esse etiam iniustum, sic, vt hoc utar, apparitor iudicij potest contumaci in parendo vel fugitiuo manus inferre, potest suo iure periculum resistenti minari; num vero huius aggressionis praetextu impune interficiet contumax vel fugitiuus apparitorem, modo periculum aggressus doceat? Prouocans ad duellum summum in vitae discrimen coniicitur, dum is, quem prouocauit, gladio stricto corpus petit, quis verò hoc solo demonstrato necantem prouocatum a capitis poena liberum dixerit? Quod itaque restat, aggressum hunc pericolosum fuisse etiam iniustum vel inopinatum damnum que auerti alio modo haud potuisse, si aliter doceri nequeat, iureiurando confirmabit eoque a doli suspicione sese liberabit occisor, modo ea, quae circumstant v. c. loci situs, personarum conditio, emolumenti ipses, damnorum metus, reliqua, non tam grauia contra reum exhibentia indicia, vt tormentis, sicubi in visu sunt, sit opus ad probandam plene occisoris exceptionem. Quac tutiora et meliora mihi videntur, ac, quam Leyserus suadet,<sup>2)</sup> poenae extraordinariae inflatio, hac etenim ademto interficiunt exceptionis probationem absoluendi iure, quod absque iniustitia fieri nequit, punitur ille, de quo, vtrum meruerit poenam vel hanc vel nullam? non liquido constat. Quicquid huius rei sit, elucere ex his autumno<sup>3)</sup>, nos non temere ab eorum opinione facere diuortium, qui periculoſo aggressu probato, reliqua requifita praesumi reumque simpliciter absolui posse putant; haec quippe cum rei se terminos defensionis rite seruasse vrgentis intentio.

7

tentionem suffulciant ac itidem factis contineantur, allegata tantum et affirmata iudicii inquisitio et probationis merita examinanti fidem de caedis iustitia haud facient, nisi euidenter doceantur.

<sup>1)</sup> C. C. C. Art. 141. ibi — *So legt das Recht dem Thäter auf solche berühmte Notwehr obgemeldeter maßen zu Recht gnug zu beweisen; beweist er die nit, er wird schuldig gehalten.*

<sup>2)</sup> In Meditat. ad n. Spec. 600. med. 38. et 40.

## §. VI.

### REFVTANTVR DISENTIENTIVM ARGVMENTA.

Scio equidem, aduersae sententiae plures haud exiguī nominis 1Ctos esse addictos, quos inter Dan houderium<sup>1)</sup> reperi, qui reum terrore periculi iniecto a poena immunitem pronunciat, nec non Clasenium<sup>2)</sup> idem pro reo absoluendo argumentum agnoscētem. Numquam tamen de huius doctrinae veritate mihi met persuadere potui. Optulari dissidentibus quidem videtur C. C. C. Art. 142. vbi de replica accusatoris contra rei exceptionem moderaminis inculpatae tutelae et ordine probationis agitur atque sancitor: *So aber der Kläger der ersten erfundenen Benöthigung halb, kein solch rechtmäßige Verursachung bewiese, sondern der verklagte Totschläger seiner berühmten Notwehr halb ausändig macht, daß er von dem Entleitzen mit einer tödlichen Wehr, als vor von rechter Notwehr gesetzt ist, erßlich angefochten worden wär, so ist die Notwehr durch den verklagten Totschläger ausgeführt.* Sed vereor, vt firmum aduersae opinionis praesidium inde nascatur; loquitur enim Imperator de accusatore contendente nec tamen proban-

bante: quod occisus quidem primo aggressus sit occisorem, attamen iustum aggrediendi habuerit causam, hinc ait: reum ad exceptionem moderaminis prouocantem eamque probantem esse absoluendum, tantum vero abest, ut periculo agressu probato hanc exceptionem probatam dicat, quin potius expresse afferat, reum docere debere, se ita esse aggressum ab occiso, als vor i. e. Articulo 140. omnia defensionis necessariae argumenta exponente von rechter Nothwehr gesetz ist; quod idem est ac si dixisset: tutelam inculpatam omni ex parte esse demonstrandam Quod clarius patet ex verbis sequentibus, quibus poenam extra ordinem esse irrogandam disponitur, so einer der ersten Benöthigung halb redlich Ursach zur Nothwehr gehabt, und doch in der That nicht alle Umstände, die zu einer ganzen entschuldigten Nothwehr gebören, gehalten hätte. Iam periculum aggressus non omnem tutelae inculpatae notionem exhaustit, illo itaque tantum probato, hanc non plene esse probatam rete concludimus, cum, quae lex sibimet opposuit, inter se conuenire nequeant.

<sup>1)</sup> In Praxi rer. crimin. Cap. 76. No. 5.

<sup>2)</sup> In Commentar. ad C. C. C. Art. 143. Plures aduersarios allegauerunt Carpzov, in Praet. rer. crimin. Quaest. 33. No. 27. et Bochmer, ad eundem Quaest. 33. Obs. 3.

Leipzig, Diss., 1779 K-2

X 237 1913

ULB Halle  
005 433 703

3





B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

PERICVLOSO AGGRESSV RITE  
PROBATO MODERAMINIS  
INCVLPATÆ TVTELAE  
EXCEPTIONEM HAVD  
PROBANTE

Q V A M

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

PRAESIDE

IACOBO FRIDERICO KEESSIO

IVRIS VTRIVSQUE ET PHILOSOPHIAE DOCTORE, CVRIAЕ IN  
PROVINCIA SVPREMAE LIPSIENSIS NEC NON IVDICII  
PROVINCIALIS LVSATIAE INFERIORIS  
ASSESSORE,

DIE XXVIII. IANVARII A. O. R. C I C I O C C L X X I X .

H. G.

IN A CROATERIO I. CTORVM

T V E B I T V R

CAROLVS HENRICVS AVGVSTVS BERNHARD.

L I P S I E N S I S .

L I P S I A E .

F O R M I S H O L L I Y .

